



**CONCILIO||RVM QVATVOR GENE=||ralium. Niceni.
Constantinopolitani. Ephesini. et Calce=||donensis. Que
diuus Gregorius magnus tanq[uam]|| quatuor Euangelia
colit ac veneratur.||**

Merlin, Jacques

Coloniae, 1530

VD16 M 4842

Conciliu[m] Arelate[n]se tertiu[m].

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72934)

Concilium Arelatense secundum.

Fo. XC.

sumpserit, nouerit se reum fraternitatis factum causam in concilio redditurum.

IX. ¶ Nouatianum in communionem recipi non debere, nisi suscepta poenitentia increduli-
tatis praeteritum damnet errorem, A

X. ¶ De his qui in persecutione praeruaricati sunt, si voluntarie fidem negauerint, hoc de eis B
Nicæna synodus statuit, ut quinq; annis inter cathecuminos exeant, & duos inter discom-
municantes, ita ut communionem inter poenitentes non praesumant, in potestate tamen vel
arbitrio erit episcopi, ut si eos ex animo errorem deslere, & agere poenitentiam viderit, si ad
communionem in propria ecclesia velit humanitate suscipere,

XI. ¶ Si qui vero dolore victi & pondere persecutionis negare, & sacrificare compulsi C
sunt, duobus annis inter cathecuminos, triennio inter poenitentes habeantur à commu-
nitione suspensi.

XII. ¶ De his qui in poenitentia positi vitam excefferunt, placuit, nullū communionem va- D
cuū debere dimitti, sed pro eo q; honorauit poenitentiam, oblatio illius recipiatur.

XIII. ¶ Nullus cuiuscunq; ordinis clericus, non diaconus, non presbyter, non episcopus, E
quacunq; occasione faciente, propriam relinquat ecclesiam, sed omnimode aut excommuni-
cetur, aut redire cogatur. Quod si aliquis commorationis tēpore inuito episcopo suo, in alie-
na ecclesia habitans, ab episcopo loci clericus fuerit ordinatus, huiusmodi ordinatio irrita
habeatur.

XIII. ¶ Si quis clericus pecuniam dedit ad vsuram, aut conductor alienae rei voluerit esse, F
aut turpis lucri gratia aliquod genus negotiationis exerceat, depositus à clero, à communi-
one alienus habeatur.

XV. ¶ In secretario diaconos inter presbyteros sedere non liceat, vel corpus Christi p'sente G
presbytero tradere nō praesumat, q; si fecerint, ab officio diaconatus abscedant.

XVI. ¶ Fotinianos siue Paulianistas secundum patrum statuta baptizari oportet. H

XVII. ¶ Bononianos autem ex eodem errore venientes (quos sicut Arrianos baptizari in I
trinitate manifestum est) dum interrogati fidem nostram ex toto corde confessi fuerint, cum
chrismate & manus impositione in ecclesia recipi sufficit.

XVIII. ¶ Ad Arelatensis episcopi arbitrium synodus est congreganda, ad quam urbem ex K
omnibus mundi partibus sub sancti Martini tempore legimus celebratum fuisse conciliū atq;
conuentum, si quis commonitus infirmitatis causa defuerit, personam vice sua dirigat.

XIX. ¶ Si quis autem adesse neglexerit, aut ceterum fratrum, anteq; dissoluatur conciliū, cre- L
diderit deserendum, alienum se à fratrum communionem cognoscat, nec eum recipi liceat, nisi
in sequenti synodo fuerit absolutus.

XX. ¶ De agitatoribus siue theatricis qui fideles sunt, placuit eos quamdiu agunt, à com- M
munionem separari.

XXI. ¶ Poenitentes quae defuncto viro alijs nubere praesumpserint, vel suspecta, vel inter- N
dicta familiaritate cum extraneo iunxerint, cum eodem ab ecclesiae liminibus arceantur. Haec
etiam de viro in poenitentia posito, placuit obseruari.

XXII. ¶ Poenitentiam coniugatis non nisi ex consensu dandam. O

XXIII. ¶ Si in alicuius presbyterio infideles, aut faculas accenderint, aut arbores, fontes vel P
fata venerentur, si haec erueri neglexerit, sacrilegi se esse reum cognoscat, dominus autem or-
dinator rei ipsius, si admonitus emendare noluerit, communionem priuetur.

XXIII. ¶ Eos qui falsa fratribus capitalia obieciisse conuicti fuerint, placuit eos usque Q
ad exitum non communicare, sicut magna synodus ante constituit, nisi digna satisfactio-
ne poenituerint.

XXV. ¶ Si qui post sanctam religionis professionem apostatant, & ad seculum redeunt, R
& postmodum poenitentiae remedia non requirunt, sine poenitentia communionem pe-
nitus non accipiant, quos etiam iubemus ad clericatus officium non admitti, & quicunq; ille
sit, post poenitentiam, secularem habitum non praesumat, quod si praesumpserit, ab ecclesia
alienus habeatur.

¶ Explicit concilium Arelatense secundum.

Incipiunt capitula concilij tertij Arelatensis.

¶ Ut diaconus ante. xxv. & sacerdos ante. ¶ Ut laicus ante annum conuersionis non
xxx. annos non ordinetur. Cap. i. ordinetur

¶ Ut digami vel poenitētes vel repudiatarū ¶ Ut qui clericum alienum defendere nititur,
mariti ad sacerdotiū nō prouehantur. 2. communionem priuetur.

Q. 2

Incipit

Concilium Arelatense tertium.

Incipit Concilium Arelatense tertium. .xxiii. epis.

coporum, Era. CCCC. LXI.



Artiano Augusto Opilione & Vincomalone consulibus. viij. Idus Iulij cū volūtate dei ad dedicationē Basilicæ sanctæ Mariæ in Arelatensi ciuitate sacerdotes dñi cōuenissent, cōgruū eis & rationabile visum ē, vt primū de obseruādis canonibus attētissima sollicitudine ptractātes q̄liter ab ipsis ecclasticæ regulæ, seruaretur salubri cocilio definirent.

I. ¶ Et quia in ordinādis clericis antiq̄ pat̄ statuta nō ad integrū (sicut expedit obseruata eē cognoscunt ne forte q̄rūcūq; importunis, & inordinatis p̄cibus sacerdotes dñi fatigent, & ea q̄ toties sunt p̄cepta trāsgredi cōpellant, hoc inter se obseruādū eē definiūt, vt null⁹ ep̄os diaconū aūq; viginti quinq; annos impleat ordinare p̄sumat, ep̄atus vero vel p̄bri honorē nullus laic⁹ aū p̄miam anni cōuersionē, vñ aū triginta ānos etatis accipiat.

V II. ¶ Nullus p̄enitētē, nullus digamū, nullus viduag; maritos in p̄dictis honoribus audeat ordinare, & licet hęc iā p̄pe oīm canonū īstituta cōtineāt, tñ ne cuiq; sacerdotū supplicatium (sicut iam diximus) īportunitas vel suggestio iniq; subrepat necesse fuit, vt nūc seueriorē regulā sibi velint dñi sacerdotes īponere, & ideo quicūq; ab hac die cōtra ea q̄ supius sunt cōprehēsa clericū ordinare p̄sumperit, ab ea die q̄ ei potuit hoc approbari anno integro missas facere nō p̄sumat, quā rē si quis obseruare noluerit, & cōtra cōfessum frat̄ faciens missas celebrare p̄sumperit, ab oīm frat̄ charitate nouerit se alienū, quia dignū est vt seueritatē ecclasticę disciplinę sentiat q̄ salubriter à sc̄is p̄ib⁹ īstituta obseruare cōtēnit.

X III. ¶ Et licet de laicis p̄lixiora t̄pa antiqui p̄fes ordinauerint obseruāda, tñ quia accrescūt nūeri ecclesiā, necesse ē nobis sine p̄iudicio dūtaxat canonū cōstituire antiq̄, vt nullus metropolitan⁹ cuiq; laico dignitatē ep̄atus tribuat, sed nec reliqui p̄ōfices p̄sbyte rij vel diaconatus honorē cōferre p̄sumāt, nisi anno integro fuerit p̄missa cōuersione.

X IIII. ¶ Si forte aliquis cleric⁹ regulā disciplinę ecclasticę subterfugiēs fuerit euagatus quicūq; eū susceperit, & illū p̄ōfici suo nō recōciliauerit, sed magis defensare p̄sumperit eccl̄icā cōione priuet. Cæsarius in Chr̄i noīe ep̄s definitionē hāc sc̄ōg; f̄m meog; vel meā relegi, & subscripsi. Cōtumeliosus ep̄s cōsensi & subscripsi, Filiargius ep̄s subscripsi, Pretaxatus ep̄s subf, Maximus ep̄s sub, Iulianus ep̄s sub, Florentius ep̄s subscripsi. Item Cyprianus ep̄s sub. Celestinus ep̄s subscripsi. Proitianus ep̄s sub. Eucherius ep̄s subsc. Catafronius p̄sbyter direct⁹ à dominiis meis Agricio, & Seuerio ep̄iscopis subscripsi, ego De-fiderius p̄sbyter direct⁹ à dño meo Iohanne ep̄scopo consensi & subscripsi, Leontius p̄sbyter direct⁹ à domino meo Constantino ep̄scopo subscripsi, Ego Methorius di-rect⁹ à domino meo Galliano ep̄scopo consensi & subscripsi.

¶ Incipiunt capitula Concilij Valentini.

¶ De digamis non consecrandis. Cap. 1. sanctū lauacrū vel prophanis sacrificijs
¶ Vt deuota si se maritauerit vel mechata demonū, vel icā sta lauatione polluerūt. 3
fuerit, p̄enitentia deputetur. 2 ¶ Vt sacerdotes vel leuita si de se crimen ali-
¶ Circa eog; vero p̄sonas qui se post vnū, & quod confitetur, deponatur. 4

Incipit Concilium Valentinum. .xxx. episcopo-

rum Era. CCCC. XIII. sub Gratiano, & Valentiniano imperatoribus Gra-
tiano. III. & Quintino consulibus.



Ilectissimis fratribus per Gallias, & quinq; prouincias cōstitutis ep̄iscopis, Fegadius, Emerius Florentius, Artimius, Emilianus, Brito, Iustus, Eufodius, Rodamius, Euortius, Cretus, Concordius, Cōstantinus, Paulus, Anterius, Felix, Neuterius, Vrbanus, Simplicius & Vincentius ep̄i in dño salutem. Transactis Valentini oīnibus & in dei nomine in statu meliore cōpositis quę fuerūt cepta causa dissidij, q̄rundā fuit patrum utilis & religiosa suggestio retractata de his q̄ nec recipere possumus ob eccl̄icę sanctitatē, nec tñ vsq; quaq; cōsuetudinis causa damnare, ita em̄ per omnes ecclesias eiusmodi vitij germen inoleuit, vt ad plena remedia non facilis sit recursus, eog; quibus causa cōtigit subcisiuū qđ circa frat̄s generat odium, modera-

certe nō sine verecūdia